



Clypeus Theologiæ Thomisticæ

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Voluminibus Comprehensus

Tractatus de Sacramentis in genere, de Baptismo, de Confirmatione, de
Eucharistia, de Pœnitentia, de Extrema-Vnctione, de Ordine & de
Matrimonio

Gonet, Jean-Baptiste

Coloniae Agrippinae, 1671

Art. I. De Pœnitentia ut virtute,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77185](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77185)

num commissis: sicut in contritione de peccatis ante Baptismum commissis, continetur speciali quodammodo votum Baptismi, ob eandem rationem.

DISPUTATIO II.

De Pœnitentia ut virtute.

Ad questionem 85. D. Thoma.

DE virtute Pœnitentiæ differunt non solum Scholastici cum Magistro in 4. distinctione 14. & cum Divo Thoma hic questione 85. sed etiam plures ex SS. Patribus, inter quos præcipue sunt Tertullianus & Ambrosius, in libris quos de ea scripserunt, Cyprianus in sermone de lapsis, Chrysostomus duobus libris de compunctione cordis, & duodecim sermonibus de Pœnitentia, & apud Augustinum tomo 4. Auctor libri de vera & falsa pœnitentia. Quæ illi fusiore & eleganti stylo de hac virtute scripserunt, breviter & compendiosè expendemus, ejusque naturam, causas, & effectus explicabimus.

ARTICULUS PRIMUS.

An Pœnitentia sit virtus?

§. 1.

Hæreticorum error refellitur.

PRIUSquam propositam difficultatem resolvamus, & pœnitentiæ veram esse virtutem demonstramus, refellendus est error hæreticorum hujus temporis, pœnitentiæ nomine abutentium: cum enim omnia aspera fugiant, & mollia quæque se cœntur, pœnasque & satisfactiones pro peccatis commissis averfentur; consequenter docent, pœnitentiam, dolorem & detestationem peccatorum non importare, sed significare tantum propositum novæ vitæ inchoandæ, & simplicem resipiscentiæ & vitæ novitatem, doloris de peccatis, & pœnæ omnis expertem. Ita Lutherus, Beza, Erasmus, & Laurentius Valla, qui vocem *μετάνοια*, quæ in textu græco Bibliæ habetur, & significat pœnitentiam, vertunt *resipiscentiæ*, quæ solam propositi vel mentis emendationem significat.

Sed peccant manifestè contra Scripturam, contra Sanctos Patres, & contra optimos quosque latinitatis Auctores. Nam in primis Scriptura longè aliam nobis pœnitentiam describit, & commendat, quam mollem illam resipiscentiæ Lutheranorum: Job ultimo: *Idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & cinere*, Joel 2. *Convertimini ad me in toto corde vestro in jejunio, & fletu, & planctu, & scindite corda vestra*, &c. Matth. 21. *Si in Syro & Sidone facta fuissent virtutes, quæ facta sunt in te, olivi in cinere & cilicio, pœnitentiam egissent*. Item Genes. 6. ubi Deo pœnitentiam tribuitur, non tribuitur sine dolore, quasi ab eo separari non possit, salva vocis proprietate: *Pœnituit enim quod hominem fecisset, & saltus doloris cordis intrinsecus*, &c.

Demum qui illos Sanctorum clamores consi-

deraverit: *Laboravi in genitali meo, lacrimas meas noctes lectum meum, lacryma mea precum meum rigabo*, Psal. 6. *Recognabo tibi domine meos, in amaritudine animæ meæ*, Psal. 13. alios hujusmodi, facile intelligit, eos ex violenti quodam antea de vitæ odio, & lugubri peccatorum detestatione, movasse.

Secundo SS. Patres, conformiter ad Scripturam, pœnitentiam per dolorem, & alios ad id doli consentaneos, explicant. Gregorius libro 34. in Evangelia: *Pœnitentiam agere* (inquit) est *perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare*: Cyprianus serm. de lapsis: *Agere pœnitentiam plenam, dolentis & lamentantis animæ probare tristitiam*. Augustinus serm. 4. in eadem Domini, post initium: *Pœnitentiam certum facit, nisi odium peccati, & amor Dei; quod habentes, ut tibi amarum sapiat in animæ, quod de te dulce fuit in vita; & quod te prius abiecit in corpore, ipsum te cruciet in mente*. Et apud eundem Augustinum Auctor libri de vera & falsa pœnitentia cap. 7. *Pœnitentia* (inquit) *est quædam lenis vindicta, puniens in se quod doli commisit*.

Tertio ipsimet Auctores ethnici, pœnitentiam per dolorem & pœnæ defectum: Cicero enim in 4. Tusculana, prope finem, de Alexandro loquens, qui cum interemisset Clypeum filiarum suarum, vix à se manus abstinuit, propter resipiscentiæ & dolorem: *Tanta enim fuit pœnitendi*. Et Orat. pro Celio: *Idcirco non tam acerbè feret, ut eum pœnitent*. Item Ovidius lib. de Ponto Eleg. 1.

Pœnitet, & si quid miserorum creditur ulli:

Pœnitet, & falsos torquet ipse metus.

Cumque sit exilium, magis est mihi culpæ dolor:

Estque pœnæ pœniam, quam metuisse metus.

Non vero metanea (seu *μετάνοια*) sit propositi emendationem, vel mentis animæque emendationem, ut non etiam de detestatione ac dolore ad pœnæ & castigationem peccatorum includat: Basilii enim Orat. 3. de licetate, pœnitentiam Ninoitarum, quæ in cinere, lacu, & ignis fuit, ut dicitur Jonæ 3. *Interdixit appellat. Latinitas lib. 6. divinarum institutionum cap. 24. ut metus pœnitentiæ lachrymæ reddat resipiscentiæ*, & tamen bono sensu explicat: *Resipiscit quem cruciasset, ac se ipsum castigat denotat, ut quæque subinde ad rectius vivendum*. Idem apud Dionysium, pœnitentia in proprio Epigrammate loquitur.

Sum Dea quæ facti, non factique exiis pœnæ:

Id est certum quæ peccatam commissa vel commissa fuerunt.

Nempe ut pœniteat, sit Metanea vocat.

Quarto Concilium Tridentinum sess. 4. cap. 4. prædictum hæreticorum errorem, huiusmodi proferibit: *Declarat Sancta Synodus contrarium non solum cessationem à peccato, & suæ vitæ propositum & inchoationem, sed veterem vitam odium continere, sicut illud Ez. 18. 12. Propetia à vobis iniquitates vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum.*

Demum idem error hoc discursu confutari potest: Impossibile est accedere ad terminum quem, nisi ræcedendo à termino à quo: unde cum accessus ad novam vitam, & recessus à peccato, fieri debeat per actus voluntatis, & in actibus voluntatis fuga seu recessus nihil aliud quam odium & detestatio, impossibile erit novam vitam bonam accedere, nisi à vitio & peccato

recedendo, per odium & detestationem illius. Poenitentia ergo non solum respicientiam & vitæ novitatem, sed etiam odium, displicentiam, & dolorem de peccatis præteritis importat.

§. II.

Quæstioni proposita respondetur, & poenitentiam veram esse virtutem, ostenditur.

Dico breviter, habitum poenitentiae esse virtutem. Ita D. Thomas hic art. 1. & Theologi communiter.

7. Probatur primo ratione quam habet in argumento sed contra: Cum proprium Legislatoris sit facere homines virtuosos, ut docet Aristoteles 1. Et hic præcepta legis non dantur nisi de actibus virtutum, quibus etiam solis promittitur præmium: Sed de actibus poenitentiae extat præceptum divinum, eisque promissum est præmium, dicitur enim Matth. 4. Poenitentiam agite. Et Ezech. 18. Stimpus egerit poenitentiam, vita vivet: Ergo poenitentia est virtus.

8. Probatur secundo ratione quam insinuat in corpore ejusdem articuli. Virtus est habitus in materia difficili electivus secundum rectam rationem, inter duo extrema in mediocritate consistens: Sed habitus poenitentiae est huiusmodi: Ergo est virtus. Major continet omnes conditiones necessarias ad rationem virtutis. Minor vero probatur discurrendo per singulas. Et in primis quod habitus poenitentiae sit electivus secundum rectam rationem, patet, quia recta ratio dicitur dolendum esse de peccatis, ut sunt offensæ Dei. Quod autem veretur circa materiam difficilem, non minus evidens est; fugere enim & odisse ea quæ maxime delectant, & quæ carni & sanguini pergrata sunt, non parum difficultatis habet. Denique quod in mediocritate consistat, facile potest suaderi: Sicut enim contingit quod aliqui homines de peccatis commissis, plus nimio delectentur, juxta illud Proverb. 2. Latantur cum male fecerint, & exultant in rebus pessimis; ita & quod alij immoderate & usque ad desperationem de illis doleant & tristenter; sicut Cain & Judas, quorum alter in desperationem lapsus, dicit, Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear: alter vero poenitentia ductus, laqueo se suspendit; habitus autem poenitentiae, medium tenet inter illa extrema.

9. Confirmatur ex alia definitione virtutis, quam tradit Aristoteles 2. Et hic, cap. 6. his verbis: Virtus est habitus, qui bonum facit habentem, & opus ejus reddit bonum. Poenitentia enim bonum facit habentem, imò saepe illum meliorem & sanctiorem reddit, quam esset ante lapsum, juxta illud Apostoli ad Roman. 5. Vbi abundavit delictum, superabundavit & gratia. Unde Gregorius lib. 11. Moral. cap. 19. vel alijs 26. ut in editione Parisiensis 1619. Discretus quisque ex eo quod mala se egisse intelligit, ad discretionis regulam reducitur; & inde altius ad iustitiam proficit, unde ad tempus à iustitia cecidisse videbatur. Et paulo post: Nonnunquam culpa, occasio virtutis sit. Et alibi: Fit plerunquam gravior Deo, amore ardens viro post culpam, quam in securitate torpens innocentia. Item Ambrosius in serm. Cathedræ S. Petri: Fidelior (inquit) profecto factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse deservit, atque ideo majorem gratiam recepit, quam amisit. Habitibus quoque poenitentiae opus suum reddit

Tom. V.

bonum, utpote Deo acceptum, & vitæ æternæ meritorium; & innumeras poenitenti offert utilitates & fructus spirituales, quos eleganter expendit Chrysostomus serm. de poenitentia, his verbis: O poenitentia, quæ peccata Deo miserante remittis, & Paradisum reseras, contritum sanas, omnem tristitiam exilaras, vitam de interitu revocas, statum restauras, honorem renovas, fiduciam das, vires re-formas, gratiam abundantiorum refundis. Omnia ligata tu solvis, omnia soluta tu sanas, omnia adversa tu mitigas, omnia contrita tu sanas, omnia confusa tu lucidas, omnia desperata tu animas. Per te, o poenitentia, David afflictus, vel contritus, factus est sanctus. Per te filius prodigus paternum amplexum meruit. Per te Petrus postquam ter Dominum negavit, indulgentiam recepit. Per te, o poenitentia, latronem subito Christus ad regnum æternum rapuit.

§. III.

Solvuntur Objectiones.

Obijcies primo: Virtus est propter se expetenda: Atqui poenitentia non expetitur propter se, sed propter malum culpæ quod tollit: Ergo non est virtus.

Confirmatur: Virtus non consistit in fuga mali, sed in prosecutione boni: At poenitentia consistit in fuga mali: Ergo non est virtus.

Ad objectionem respondeo, concessâ Majori, negando Minorem, poenitentia enim expetitur propter se, id est propter suum finem proprium, & non propter aliquem alium à suo proprio fine distinctum, finis autem proprius poenitentiae est delere malum culpæ, & Deo offenso satisfacere. Unde ad confirmationem, nego etiam Minorem; licet enim poenitentia includat fugam mali, in ea tamen sola non consistit, sed in eo quod per eam satisfaciatur Deo offenso, quod est boni maximi prosecutio.

Obijcies secundo: Virtus habet per se delectationem: Sed poenitentia non habet delectationem, sed potius excitat dolorem & tristitiam: Ergo non est virtus.

Respondeo virtutem non habere semper delectationem de suo objecto, sed solum de suo actu: quamvis autem poenitentia doleat de peccato, quod est suum objectum, delectatur tamen de suo actu, quia gaudet se dolere. Solutio est D. Thomæ quæst. unica de spe art. 1. ad 14. ubi sic ait: Duplex est delectatio, una quidem de objecto, alia vero de ipso actu: prima autem delectatio non est propria virtuti, quia est aliqua virtus ad quam pertinet dolore de suo objecto, scilicet poenitentia; sed secunda delectatio quæ est de actu, est propria virtutis, quia unicuique habenti virtutem, est delectabilis operatio quæ est secundum proprium habitum, unde etiam poenitens de dolore gaudet. Hinc apud Job cap. ultimo, ubi vulgata habet, Ago poenitentiam in favilla & cinere, alia versio legit: Ago solatium in favilla & cinere.

Adde, delectationem essentiali virtuti, consistere in promptitudine quadam & affectu, quo voluntas elicit alacriter actum virtutis; & hæc reperitur in poenitentia, nec ei tristitia quam includit illa virtus opponitur; quia opponitur tantum remissui & repugnantiae voluntatis, quæ refugit elicere talem actum virtutis.

Obijcies tertio: Cum virtus sit essentialiter dispositio perfecti ad optimum actum, non potest

Xx ij

dari

dari propter solos actus imperfectos, quales sunt conditionati de objecto impossibili: Sed actus detestationis quo penitentia circa peccatum prateritum versatur, non est absolutus, sed tantum conditionatus; quia nimirum penitens vellet se non commisisse peccatum, si hoc esset possibile: Ergo penitentia non est virtus.

14. Respondeo, concessa Majori, negando Minorem, nam affectus ille detestationis quo penitentia circa peccatum prateritum versatur, ex parte subiecti est absolutus, quia de presenti actuatur voluntatem; ex parte vero objecti est mixtus ex conditionato & absoluto; quatenus enim est circa id quod praterijt de peccato, est conditionatus, & congruenter explicari debet per huiusmodi verbum de futuro imperfecto, *Vellem non commisisse peccatum, si possibile foret*: quatenus vero respicit effectum relictum ex peccato praterito, scilicet offensam Dei habitualiter permanentem, & reatum poenae, est absolutus & efficax, cum efficaciter retractet & removeat talem effectum; & ratione huius secundi respectus, potest explicari per verbum de presenti hoc modo: *Doleo me peccasse*, vel, *Displicet mihi peccatum*.

25. Obijcies quartò: Verecundia non est virtus: Ergo nec penitentia. Antecedens expresse docetur à D. Thoma 2. 2. qu. 144. art. 1. Consequentia verò probatur: Ideò enim verecundia non est virtus, quia est de turpi facto: Atqui etiam penitentia est de turpi facto, scilicet peccato: Ergo si verecundia non sit virtus, penitentia quoque virtus non erit.

16. Respondeo, concessa Antecedente, negando Consequentiam, & ad illius probationem dico quod licet penitentia sit de turpi facto, sicut & verecundia, diversimodè tamen, nam ut ait D. Thomas hic art. 1. ad 2. *Verecundia respicit turpe factum, ut praesens, pro quo timet confundi; penitentia vero, ut prateritum*: hoc est penitentia non patitur secum affectum peccati, imò odio habet illud atque destruit; verecundia autem potest compati cum affectu peccati, est enim timor vituperij seu opprobrij quod imminet vel nascitur, si turpe factum committatur, ut docet idem S. Doctor 2. 2. quæst. 144. art. 2. qui timor non tollit affectum peccandi, sed tantum vel externam ejus executionem impedit, vel saltem publicam, licet non occultam: & per accidens est illi, quod peccatum destruat, dum ponitur; per se vero penitentia.

ARTICULUS II.

An penitentia sit virtus aliqua specialis, & quodnam sit ejus objectum materiale & formale?

17. **A**ltiliodorensis, Major, & quidam alij antiqui Theologi existimant quod penitentia non sit virtus specialis ab alijs distincta, sed quædam conditio generalis, aut prædicatum transcendens omnes virtutes, ad eummodum quo injustitia sive iniquitas dicitur conditio generalis omnium peccatorum, & justitia generaliter dicta, conditio & prædicatum omnium virtutum, juxta illud Matth. 3. *Sic decet nos implere omnem justitiam*, id est omnem virtutem. Alensis vero facit quidem peniten-

Atiam esse virtutem specialem simpliciter, sed dic esse generalem quodammodo: Ipe quoad actum punitionis ipsius poenitentiae compensationem delicti; generalem vero, quod ad actum odij sive detestationis peccatorum concurrant aliae omnes virtutes, imitando illud; ex amore enim objecti virtutis, oditur odium objecti peccati, id est peccatum, penitentia consequenter prædicti virtus generalis, non quidem per modum conditionis quæ per omnes virtutes divergetur ut Altiliodorensis; & Major existimant, sed per concomitantiam & aggregationem omnium virtutum.

§. I.

Vera & communis sententia duplex censenda statuitur.

Dico primò, penitentia est virtus specialis, non autem conditio generalis omnium virtutum. Ita D. Thomas hic art. 2. & alij Theologi communiter.

C Probatur primò: Virtus cujus objectum speciale non est commune per modum prædicati transcendens objecta aliarum, sed speciale, non est generalis per modum prædicati transcendens omnes virtutes, sed specialis: Atqui objectum virtutis penitentiae, non est commune per modum prædicati transcendens objecta omnium aliarum virtutum, sed speciale: Ergo penitentia non est conditio generalis omnium virtutum, sed aliqua virtus specialis. Major constat, Minor verò probatur. Objectum virtutis penitentiae est offensam Dei, ut expiabilis per satisfactionem, quæ non sit ad aequalitatem perfectam: Sed hæc ratio non transcendit objecta aliarum omnium virtutum, ut constat: Ergo objectum virtutis penitentiae non est commune per modum prædicati transcendens objecta omnium aliarum virtutum.

D Probatur secundò ratione 1^a. Thoma lococitato, ubi sic discuitur: *Species habituum distinguuntur secundum species actuum, & idem vice versa: Species actuum laudabiles, in necesse est ponere specialem habitum virtutis: manifestum est autem quod in penitentia invenitur specialis ratio actus laudabilis, scilicet operari ad destructionem peccati prateriti, inquantum est destructio, quæ non pertinet ad rationem alterius virtutis: non necesse est ponere quod penitentia sit specialis virtus.*

E Probatur tertio: Virtus in cujus objecto est difficultas quæ non reperitur in objectis aliarum virtutum, non est generalis per modum prædicati transcendens alias virtutes, sed specialis: ubi enim est specialis difficultas, ibi constituitur specialis virtus: At in offensam Dei, ut expiabilis per satisfactionem, quæ est objectum penitentiae, ut infra patebit, reperitur difficultas, quæ non est in objectis aliarum virtutum, in eo scilicet quod is qui peccati voluntatem jam expersit, pro illo satisfacere & poenam sustinere velit: Ergo penitentia non est virtus generalis per modum prædicati transcendens alias virtutes, sed specialis.

Dico secundò, Virtus penitentiae non est generalis, aggregatione multarum virtutum.

Probatur primò destruyendo fundamentum Al-